

1442.

1304 d. 15 Aug.

Skara.

HÅKAN BRYNOLSSONS Bytesbref, hvarigenom han till Nils Kettilsson afstår sina gods i Fallunge emot hans gods i Göthene.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, HAQUINUS BRYNIULFSON, salutem in domino. Notum facio per presentes, Me commutacionem prediorum fecisse cum domino nicolao kiætilsson. per hunc modum. videlicet, quod dedi sibi omnia predia mea in fallungi, cum omnibus eorum pertinenciis, intra sepes et extra, recipiens ab eo omnia predia sua in götene, cum omnibus suis pertinenciis, intra sepes et extra, sicut superius est expressum. In huius igitur testimonium, sigilla, venerabilis patris, domini mej, scarensis, Magistri benedicti, haraldi bryniulfson. fratris mei. martini cristinæson, vna cum sigillo meo proprio presentibus sunt appensa. Datum scaris. anno domini. M° CCC° IIII°. in die assumptionis beate virginis.

Sigillen N:o 1, 3, 4, 5 obetydligt skadade; N:o 2 bortsallet.

1443.

1304 d. 19 Aug.

Upsala.

Borgmästare och Råds i Upsala Intyg, att Olaus Dabbæ inför dem erkänt, att han, för att godtgöra sina många förbrytelser mot Årkebiskop Nils, till honom öfverlemnat och upplåtit sin gård i Upsala, den han ärft efter sin fader Mårten Långében.

A. 8. c.

Omnibus presentes litteras inspecturis, PREFECTUS et CONSULES ciuitatis vpsalensis salutem in domino Tenore presencium facimus manifestum, Quod in nostra presencia propter hoc personaliter constitutus Dominus Olauus dictus dabbæ, curiam suam totam quam vpsalie hereditauerat post patrem suum Martinum langæben, pro suis multis forefactis et excessibus in quibus se contra uenerabilem patrem dominum Nicolaum dei gracia Archiepiscopum vpsalensem multipliciter deliquisse fuit confessus coram nobis, ipsam sicut erat in tres partes diuisa sine omni excepcione dicta afnemning, dicto domino Nicolao emendauit et assignauit pleno iure adhibitis super hoc firma- riis dictis fastum secundum patrie leges et consuetudinem approbatam, In cuius rei testimonium ad instanciam et peticionem dicti dominj Olaui sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum vpsalie anno domini M° CCC° IIII:to die mercurii proxima post assumptionem virginis gloriose.

Sigillet betydligt skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1444.